DE FALLACI ATQUE NOCUO
OBTURAMENTI
IN HÆMORRHAGIIS UTERI COHIBENDIS USU
CUM POTIORUM REMEDIORUM
SUBJECTA BREVI EXPOSITIONE
DISSERTATIO,

QUAM, pro Doctoratûs gradu, Præside præclaro Professore CHAUSSIER, in Aulâ publicâ præillustris Parisiorum Scholæ Medicinæ, die 21 Fructidoris mensis, Anno Reipublicæ Franco-Gallicæ undecimo, tueri et elucidare conabitur

Auctor J.-B. DEMANGEON,

Ex Hadigny in Præfecturâ Vogesi oriundus, artis obstetriciæ Spinalii Professor.

Circa morbos duo exerceto, ut juves aut non noceas.
HIPP.

PARISIIS,

TYPIS DELANCE ET LESUEUR.

ANNO XI—1803.

DOCTOR PRÆSES.

CHAUSSIER.

DOCTORES DISPUTATURI.

DEYEUX.

DUBOIS.

FOURCROY.

HALLE.

LALLEMENT.

Decimo nono frimarii mensis die, anno VII, Gymnasii Professores opiniones in Gymnasio exhibitis emissas Auctoribus proprias habendas esse, et illas à se nec approbari nec improbari statuerunt.

MULIERUM SALUTI

Venustatis, jucundiæ et amabilitatis sexûs obsequentioris ergo, quæ antea non ignota nunc ab uxore THERESIA GUILLOT maximè experiens dicat thesim Auctor.

EXPOSITIO.

QUODCUMQUE auxilium, quem non infert effectum simulans, fallax; et quodcumque effectui obtinendo impar vel obstans, alii potiori præponitur, nocuum est. Quod de Obturamenti usu in hæmorrhagiis uteri cohibendis affirmare ausus, etsi alia sit virorum et scientiâ et auctoritate pollentium opinio, probandum mihi objicitur. Nec miretur quis me hanc Thesim, praxi multiplice quasi reluctante, suscepisse. Nullum enim in re medicâ nonnihil peritum latet, reor, multa jam olim commendatissima medicamenta, temporis et indagationis sedulæ beneficio, suis nunc infodiri ruinis, nec unquàm, dum vigebit sensus hominum rectus, ad praxim revocanda esse. Undè moniti quæstioni cuivis, in medium productæ suisque instructæ momentis rationi consentaneis, examen nunquàm recusabunt sanæ mentis Medici : alioqui nec augeri, nec elucidari, neque ultrà progredi scientias liceret; immò nec quid in posterum juvaret virum judicio pollere, solâ sufficiente memoriâ. Ast de medicamentis omnibus omnes sic sentiunt medicinâ periti, nulla nempè quantùmlibet in luce posita ulteriori studio vel indagationi unquàm repugnare. Quod cum paucis, prævià quâdam cautelâ, mihi sufficiat innuisse verbis; propositum hoc aggrediar modo, ut rem, scilicet, in tres dispertiar sectiones, sepositâ partium hùc pertinentium Anatomiâ, quarum descriptio, suis data libris et optanti cuilibet à me voce exponenda, ultra fines operis intentos progrederetur. Itaque Sectio prima de Hæmorrhagiæ causis, altera de fallaci, tertia de nocuo Obturamenti usu et de potioribus sui loco adhibendis medicamentis in uterinâ, non verò in aliâ hæmorrhagiâ, erit; et quidem quàm paucissimis potero verbis unamquamque perlustrabo, cætera, si necesse sit, voce suppleturus.

SECTIO PRIMA.

Profluvium sanguinis aliud vel largius quàm quod sanitati conducit, Hæmorrhagia dicitur. Vario autem, et pro variâ ex quâ fit corporis parte et pro variâ fluxûs indole, salutatur nomine. Hinc nimius ad sanitatis normam ex utero prodiens sanguinis fluxus nuncupatur Hæ-

morrhagia uteri (1). Activa est, dùm à partium irritatione vel à sanguinis impetu et expansione ortum trahit. Passiva è contrà vocatur hæmorrhagia à partium inertiâ, vel à pressione mechanicâ, ut, verbi gratiâ, ab obstructo viscere, proveniens. Causæ proximæ, eæ nempè quibus præsentibus datur hæmorrhagia, ab auctoribus vasorum apertura, ruptura et erosio tantùm indicantur. Ego verò sequentes proximas vel proximis secundas statuendas esse censeo. Hæ sunt numero decem.

1. Anapetia seu Anastomosis, quæ est vasis vel cavi præternaturalis dilatatio, qualis fit dùm placenta vel membranæ sinuum uteri ostiis adfixa à parte vel omninò deficiunt, vel ipsa ostia vasorum, propter commotiones, pathemata vel uteri expansionem, aperiuntur.

2. Diapedesis, id est, hiatus pororum in lateribus cavi cujusdam naturali amplior qui, textilis adinstar, quos continere deberet, humores transsudare sinit; ut in cavis nimiùm expansis et in validâ inflammatione, dùm præsertìm gignuntur polypi, carcinomata aut membranæ spuriæ, contingit (2).

3. Diæresis aut Vulnus, scilicet, ab unguibus, unco cæterisve in utero factum.

4. Ruptura, qualis à prævìolento matris nisu expulsivo nimisque tensâ respirationis, dùm onus levatur aut ad montem ascenditur, suspensione evenit (3).

---

(1) Hæmorrhagia copiosior Gallis sæpiùs audit *perte* aut *perte de sang*. At nominis differentiâ et inter se differunt auctores. *Louis* dicit : « Toutes les fois que le sang vient en trop grande abondance par les différentes parties du corps, soit par les parties naturelles, l'anus ou le nez, on appelle cet écoulement *perte de sang*. » Vide *Dict. de Santé*. Soli hæmorrhagiæ passivæ idem nomen commodare videtur suis propriis ditissimus Auctor recens. V. *Des Pertes de sang*, *par Alphonse Leroy. An XI, page* 81.

Denominatio *perte* meo sensu minùs convenit. Dicunt enim, *la perte a été arrêtée par le tampon*, dum hæmorrhagia interna viget vel illâ necatur mulier. Patet itaque apud quosdam voci duplicem sensum subesse, undè phrasis significat, *hæmorrhagia inhibita*, sicut et, *hæmorrhagia retenta vel larvata obturamento fuit*. Eodem sensu dicebat miles ab exercitu redux se pollicem non *perdidisse*, habebat enim illum in crumenâ abscissum. Ex citandis concipietur quanti referat verbis uti selectis, claris et sensu præfinitis.

(2) « *Delamotte*, qu'on ne pourroit suspecter de mauvaise foi ni d'ignorance, assure qu'il a vu couler le sang à travers les mailles des tuniques de la veine qui fait partie de ce cordon (ombilical), dans un endroit où elle étoit devenue variqueuse ». V. *Art des Accouchemens, par Baudelocque, page* 487. *Delamotte, observat.* 249.

(3) Propter expirationis inhibitionem, dùm ascendunt, onus vel quid aliud arduum movent homines, non modò rupturâ sanguis sæpiùs effluit, sed vasa, operis

5. Diabrosis vel Anabrosis, dùm vasa, sive ab acrimoniâ internâ, ut cancri ulcerati, aut ab agente externo, eroduntur.

6. Partium Inertia, dum nempè fibrarum irritabilitate sopitâ, ipsæ corrugatione et cavum ab illis contextum contractione orbantur, sicque hæmorrhagiam dari torpentes patiuntur. Illa partium Inertia vel à nimiâ rigiditate, qualis in mulieribus ætatis jam deflorescentis declivisque, vel ab atoniâ, qualis in cachexiâ et summâ debilitate observatur, provenit.

7. Plethora, aut vera et universalis, quæ à genuini sanguinis majore pro vasorum capacitate copiâ; aut spuria et partialis, quæ à rarefactione, ab impetu vel à remorâ sanguinis à balneo frigido, calido vel alio agente coacti, observatur.

8. Congestio, quæ est sanguinis motus naturali major, vel fluxus nimius ad partem corporis præ aliis partibus, sive compressioni à squirro, viscere obstructo cæterisve, aut spasmis, aut irritamento nervos præ musculis vellicanti adscribendus. Vultûs rubor à verecundiâ pathematibusve aliis, narium hæmorrhagia apoplexiaque ab ingestis, à gravitate, à viscerum induratione, ab uteri obturatione, congestionis exempla suppeditant. A Plethorâ partiali, quæ à fugace causâ occasioneque levi, ut, verbi gratiâ, balneo, calore, ingestorum indole, cæterisve ejusmodi pendet, in eo discrepat Congestio, quod sui causa constantior sit, minùs evidens pateat, nec tàm citò cesset. Discrimen nihilominùs inter ambas subtilius arbitror, nec incommodè Plethora partialis ad Congestionem revocari potest, vel debet.

---

consuetudine, evadunt ampliora. Hæc est princeps causa, cur regionis montosæ magis quàm planæ incolæ hæmorrhagiis obnoxii fiant. Hinc minùs rectè meo sensu judicant, qui aeris puritatem vel tenuitatem hujus in montibus frequentis, aere mutato non cessantis, sed apud monte degressos adhùc conspicui phœnomeni causam accusant, ut ipse, de re medicâ cæterùm meritissimus, *Saucerotte*, annuit hæc scribens : « Comme nous avons eu souvent occasion de juger des effets d'un air trop pur et trop subtil, dans quelques maladies chirurgicales dont nous avons traité des paysans qui habitent vers la cîme des hautes montagnes des Voges, nous pensons qu'il ne sera pas déplacé d'en dire quelque chose.

» Les plaies et ulcères y saignent facilement, et la formation du caillot dans les hémorrhagies est difficile à se faire; les ophtalmies y sont rebelles; les esquinancies catarrhales très-communes et longues à guérir; les hernies faciles à s'étrangler, et les métastases fréquentes : enfin, les femmes grosses y éprouvent des étouffemens, et sont sujettes aux pertes et aux fausses-couches. Souvent nous nous sommes vus obligés de faire descendre les malades au bas des montagnes chez leurs parens ou amis, pour leur faire respirer un air moins tenu, ce qui leur a été profitable ». V. *Mélanges de Chirurgie, par Saucerotte, de l'Institut National*, etc., *tome I, page* 25.

9. Tenuitas vel Dissolutio sanguinis, qualem in scorbuto, ictero, hydropisi et post febres longas videre est.

10. Putrescentia, in eo à Tenuitate discrepans, quod calore adaucto et quasi dimotione sanguinis primordiorum producatur; ut quæ in gangrænâ febribusque putridis observatur. Una cruoris crassamentique in sanguine defectum, altera verò ipsius sanguinis raritatem et quasi decompositionem propter principiorum à calore libero dimotionem, languente vitâ, supponunt.

SECTIO SECUNDA.

Nonnisi sublatâ causâ tollitur effectus. Si allatis igitur causis tollendis impar sit vaginæ Obturamentum, concludere licebit, et illud hæmorrhagiis uteri impediendis æquè impar, effectum salutarem tantùm simulare ideòque fallax meritò teneri. Ut autem ejus magis eluceat effectus, undè veniat, quid sit, et quonam agat modo, obiter investigandum est.

Obturamenti originem vel ab ipso *Hippocrate*, datâ quâ sibi faverent interpretatione, ducunt. Ille vellera aliave ejusmodi stypteriis madida, respectu linimenti quo imbuebantur, pro effectuum causarumve variatione varianda, hæmorrhagiis uteri jam opponebat; quin tamen uterum vel vaginam pesso omninò obturare intenderit; etsi contrarium innuere, sibi suisque medicamentis favere cupientes, videantur Obturamenti laudatores (1). Ipsum secuti idem, non obtura-

---

(1) Vide *Observations sur les pertes de sang, par M. Leroux. Dijon*, 1776, *p.* 195.

Amicus Plato, magis amica veritas. Idcircò *Hippocratis* dicta, quò meliùs de eorum interpretationis fide judicare possint lectores, hùc adscribi ratum habeo. Constat enim illum subdititia adhibuisse, tùm ut mensium fluxui copiosiori obstaret, tùm etiam ut menses non fluentes cieret osque uteri solveret; quod ab interpretatione Domini *Leroux* omninò distat.

« Cum mulier ex longo intervallo non conceperit, mensesque apparuerint, tertio vel quarto die alumen tenuiter tritum, unguento subactum, *lanâ exceptum* subter apponito, et tribus diebus positum teneat.» *Hipp., De naturâ muliebri, sect. V*, *p.* 144. *Francofurti, edente Foesio, anno* 1595.

« Si velis ut mulier concipiat, ubi ipsam uterosque purgaveris, linteum detritum quàm *tenuissimum* resiccatum in pesso adhibeto, et melle subactum in *glandulas* efformatum, *fici succo imbutum*, quoad *os apertum* fuerit, subter apponito, deindè magis intrò pellito. Ubi autem *aqua defluxerit*, et vino et oleo colluta fuerit, cum viro dormiat, cumque dormire volet, pulegium ex vino cedrino bibat.» *Hipp., loc. cit.*, *p.* 147 *et* 148.

« Anseris medullam aut bovis aut cervi, fabæ quantitate unguento rosaceo et lacte

tionis,

tionis, sed constrictionis à stypteriis operandæ causâ, adhibuerunt auxilium. « Pessuli præatereà, *ait Paulus Æginета* (sic enim προσθετα interpretor), qui naturalibus fæminarum admoventur, muliebrium sanguinis eruptiones compescunt ex hypocistidis succo concinnati aut acaciâ cum mannâ aceto eliquatâ. » Sic etiam *Ranchin*, de uteri post partum hæmorrhagiâ, scripsit : « *Linteola* oxicrato et succo plantaginis *imbuta*, si immittuntur in cervicem uteri, sistunt profluvium. » Celebres *Hoffmann* et *Smellie* primi videntur, hic præsertim stupis poscâ madidis vaginam exactissimè implens, non constringendi vellicando tantùm, sed et obturandi causâ, ejusdem auxilii frequentiam statuisse ; etsi uterque abortum nonnisi dilatatione oris uteri obtinendum, hæmorrhagiâ occultatâ vel larvatâ, promoverit. Effectuum rationem, hos ad suas ipsissimas causas referendo sibi

---

muliebri terito, velut medicamentum emolliens teritur, deindè *eo os uteri linito.* » *Hipp.*, *loc. cit.*, *p.* 150.

« At si callus *emollitus* fuerit, *emollientibus* curato, quæ minimè mordeant. Quod si ex longo intervallo non concipiat, *non apparentibus mensibus*, tertio aut quarto die, alumen tenuiter tritum, unguento dilutum, *vellere exceptum* subdito, quod per triduum contineat. Quarto verò die fel bubulum aridum, oleo fervefactum, eoque *tenuem lanuginem imbutam* in subdititio apponito, quod etiam triduo contineat, quo postridiè exempto, cum viro congrediatur. » *Hipp.*, *De morbis mulier.*, *lib. I*, *sect. V*, *p.* 163.

« Si menses quidem copiosi eant, neque tamen concipiat, floris æris obolos duos et aluminis scissilis tantùmdem, ex melle lævissimè trita, deindè *lana excepta*, ubi mulier lanam in linteo filo deligarit, sibi intereà penitissimè subdat, sic tamen ut filum foràs emineat. Deindè ubi *probè purgata* fuerit, abstrahat, et vino odorato, in quo myrti folia decoxerint, prolavatur et virum adeat. » *It.*, *p.* 188.

« Subdititia medicamenta ad fluorem rubrum. Myrrha et bolbium cum melle tritum *optimè supponitur.* Aut rosæ aquâ decoctæ, quas sanè tenuiter tritas, ex unguento rosaceo, *lanâ exceptas*, in subdititio apponito. Aut loti florem aquâ decoquito, deindè ex unguento rosaceo terito, et *in vellere ad os uteri* admoveto. Aut cyperum, irim, anisum æquis portionibus singula, ex unguento rosaceo tenuiter trita, *intra os uteri injicito.* Aut myrti nigræ foliis ex vino albo pini corticem admisceto et *similiter facito.* Aut.... Quod si non cesset, susinum aut blitum herbam linguæ similem, *ex vellere in subdititium pessum* efformato... Si mulieri aqua ex pudendis effluat, resinam siccam, myricæ folia, lini semen ex vino terito, ex adipe gallinaceo permisceto et in pudenda per *clysterem infundito*... Ubi aqua ex pudendis effluxerit, myricæ folia, thuriferæ arboris fructum et resinam ex anserino adipe trita, in pudenda per *clysterem injicito.* » *It.*, *p.* 236.

Quisnam indè arguet *Hippocratem* Obturamenti quo nunc utitur modo auctorem esse, cùm ille sexcentis aliis alia non scribat locis ? Intendebat ille variis variæ morbi causæ suspectæ accomodatis medicamentis obtinere, quod compressione mechanicâ vel à sanguinis globo haberi contendunt Æquævi nostri, qui medium, nempè vellus seu linteum quo excipiebantur medicamenta, loco medicamentorum ipsorum adhibuerunt, sicque excipiens pro excepto *Hippocratis*, falsâ interpretatione, habuerunt. Aliam interpretationem, quæ vera est, indicat *Paulus Æginета* dicens : « Est autem pessulus lana pectita et quodcumque aliud teres, *digiti humani speciem* præferens, in quo *medicamenta sustinentur. V.* Rocheum, *De morb. mulierum, etc.*, *anno* 1542, *p.* 41.

non apprimè facientes, sed sanationis larvam pro ipsâ hæmorrhagiæ sanatione habentes, illorum factorum fictam amplexi sunt sequelam chirurgi recentiores, quos inter maximè eminet *Leroux* divonensis. Hanc vaginæ completam obturationem ab Antiquorum morâ longè abnormem, quasi pressio mechanica, sive Obturamento, sive à sanguinis globo efficienda, hîc loci hæmorrhagiæ inhibendæ etiam sufficeret, commendarunt, atque observationibus illam salutarem evincere conati sunt (1). Sed suis, quibus suam stiparunt opinionem, constat observationibus, sanguinis profluvium non modò cohibitum, idest, oculis sublatum fuisse, sed et abortum vel partum immaturum cum sanguinis conglobati copiâ seriùs ociùs foràs irrupuisse: quo tandem hæmorrhagiam verè cessavisse, uteri suâ sese contrahendi facultate, invitis medico et pharmacis, tandem renatâ, ultrò concedimus. Contradictionis amborum effectuum, scilicet, partûs non nisi dilatatione obtinendi (2), et hæmorrhagiæ cessationis non nisi contractione uteri operandæ, non satis conscii, suâque præjudicatâ opinione fascinati, fantasiæ ficta, naturæ maximè aliena, sibique opposita suis libris plurima exararunt (3).

---

(1) « En médecine tous parlent des fruits de leur expérience, et plusieurs appellent ainsi des faits douteux et non approfondis, qu'ils prennent pour base de leurs conjectures, et qu'ils citent avec assurance, quoiqu'ils les aient vus sans soin et recueillis sans choix; toujours en contradiction avec la Nature qu'ils prétendent connoître, interprêter et diriger, mais dont ils ne font que gêner les opérations ou voler les succès, les médecins qui courent beaucoup et qui réfléchissent peu, parviennent presque toujours à persuader et à croire qu'ils sont de grands hommes; ce qui est un grand abus ». *Vic-d'Azir, Dict. de Méd. de l'Encyclopédie*, au mot Abus.

(2) Corpore verò universìm effuso, venas magis aperiri et ad mensium profusionem ampliores fieri, necesse est, uterosque magis patere, nimirùm puero per eos non sine vi et dolore egresso. *Hipp., de Morb. Mul. lib. I, p.* 152.

(3) *Leroux*, in opere citato hæc scripsit:

« Dans l'article second, j'examine différentes causes qui, en s'opposant au *resserrement* de la matrice et des vaisseaux utérins, produisent et entretiennent l'hémorrhagie ». *Préface, pag.* iij.

» Lorsqu'elle (l'inertie) n'est que légère, il y a toujours perte de sang, pour peu que le placenta soit décollé. C'est alors qu'on peut dire que le délivre, par sa présence, s'oppose réellement au *resserrement* de la matrice, et qu'il est nécessaire d'en faire l'extraction pour favoriser le *froncement* des vaisseaux utérins, *sans lequel la perte ne peut s'arrêter.* » Page 52.

» On auroit certainement arrêté ces hémorrhagies par la méthode (le tamponnement) que nous proposons. . . . Le caillot qui se seroit formé *en distendant* la matrice, auroit excité des contractions du second genre, suivies nécessairement du décollement et de l'expulsion du faux germe, malgré sa prétendue solidité ». *Pag.* 207.

» 285. Lorsqu'une femme grosse a une perte de sang, on la fait coucher à plat dans son lit; on lui recommande le repos le plus exact; on la saigne plus ou moins;

Ast primo jàm claret intuitu Obturamentum tanquàm corpus solidum, humorum effluxioni mechanicè obstare dicatum, non fibrarum inertiæ, non plethoræ, non congestionis, non tenuitatis, nec putrescentiæ per se medelam haberi posse. Neque respectu aliarum

---

on la réduit à une diète sévère, etc. L'intention qui dirige ce traitement est de favoriser la formation d'*un caillot de sang qui puisse boucher* les vaisseaux ouverts : et c'*est effectivement toujours de cette manière que la perte s'arrête*. *Pusos* en convient.

» 286. Mais ce caillot a souvent beaucoup de peine à se former, soit à cause de l'agitation du sang, de sa ténuité ou de l'attache particulière du placenta. La perte continue, devient quelquefois assez abondante pour donner des foiblesses, et il s'y réunit de petites douleurs. . . .

» 287. Ne seroit-il pas plus avantageux et plus prudent (que de terminer l'accouchement en perçant les membranes), si la perte persistoit, après avoir pris les précautions nécessaires pour diminuer l'abondance et l'agitation du sang, dans le cas où ces dispositions existeroient, d'introduire un tampon qui boucheroit l'orifice de la matrice ? Ce moyen favoriseroit sûrement la *formation du caillot, qui est le but de la Nature et de l'Art*, la perte se trouveroit arrêtée, et on pourroit espérer de conserver la grossesse ; ce qui seroit d'un avantage inestimable pour l'humanité.

» 288. Nous n'avons jamais tenté cette méthode dans le cas que nous venons d'exposer; nous présumons cependant qu'elle auroit des succès, surtout si on n'attendoit pas que l'orifice de la matrice fût trop dilaté, et que le travail fût commencé ». *It.*, *pag.* 212 et 213.

Hæ sunt quædam ex contradictionibus chirurgi *Leroux*, dùm Obturamenti effectus salutares exaltare cupit. Supponit coagulum sanguinis solum semper sufficere necesseque esse ad hæmorrhagiam sistendum (*du caillot, qui est le but de la nature et de l'art, etc.*), cum priùs admiserit hæmorrhagiam non nisi contractione uteri inhiberi posse, etc. *Post hoc, ergo propter hoc*, hæc est consueta illorum conclusio, qui veritatis umbram pro ipsâ veritate amplectuntur. Coagulum sanguinis non magis in causâ est, cur cesset hæmorrhagia, quam refrigeratio vel congelatio aquæ hieme propè ignem in aheno stantis in causâ est, cur ignis extinguatur, cùm coquus huic pabulum, nempè carbones vel lignum, dimovit. Ita sanguis tanquàm caro ex motu et calore liquida (apud *Bordeu, chair coulante*), effusus, id est, parvo vel nullo impetu citatus, coagulatur, et ejusmodi coagulum, vel in ostiis vasorum præsertìm venarum datur, cùm, sanguinis currentis inopiâ, vel refrigeratione, vel partium considentiâ aut crispatione, circulatio languet. Idcircò verò non probatur illam conglobationem hæmorrhagiæ cessationis causam potiùs quam effectum esse, siquidem ejusmodi coagula et in vivis quin cesset fluxus, et in demortuis, quin ante lethum cessaverit, reperiuntur. Hæc dicta sint illis qui in omni hæmorrhagiâ inhibendâ coaguli necessitatem, sicut *Leroux*, somniantes, curationem apparentem, neglectâ verâ, assequi conantur.

Globum sanguinis in utero expanso hæmorrhagiam sistere non posse patet observationibus omnium qui de hâc re scripserunt, ut *Levret*, *Mauriceau*, *De la Motte*, *Saxtorph*, *Baudelocque*, etc. Vide hujus tanquam auctoris locupletissimi et omnium notissimi, *Art des Accouchemens*, 1789, *p.* 128, 282, 283 *et s.* Vide etiam citata sequentia.

Coagulum sæpiùs nil efficere constat et experientiâ multiplice chirurgi *Bellocq*, qui, ut unum ex pluribus referam, hæmorrhagiam ex dentis evulsione natam, ope coaguli obturando more solito, moderari nequivit, usquedùm ceram ipsum os vasis sanguinem mittentis attingentem immiserit. *V. Mémoires de l'Académie de Chirurgie*, 3e. *vol.*

quinque hæmorrhagiæ causarum, quarum distinctio, etsi sæpiùs neglecta, non tamen non necessaria est, magis illud prodesse ex dicendis elucebit; dummodò Obturamentum ipsissimum, idest, tanquàm corpus solidum, sive linamento, vel linteo carpto derasove, vel stupis tritis, vel lanâ, vel spongiâ, vel tomento è variis confertum, non verò liquorem quo madefactum intromittitur, consideremus. Constat enim liquorem, scilicet, acetum, vel ejusmodi alium, quo illud rigari solet, præsentissimum in uteri hæmorrhagiis sæpiùs dari remedium, sed alio modo quàm obturatione completâ potiùs adhibendum. Si Obturamenti hocce modo considerati actio, quæ tota mechanica et pressio dicenda est, ad ostia vasorum in utero hiantium occludenda inconstans, immò impossibilis sit; concludere licebit, illud aliis hæmorrhagiæ uteri causis opponi nec posse, siquidem aperturam æquo majorem occludendam omnes supponunt. Si verò et evincitur aperturas vasorum occludendas à distentione Obturamenti usui adscribendâ ampliores fieri, illud, procul ut juvet, maximè nocere quis negabit? Porrò quomodo se res habeat, ejusdem agendi modum evolvendo, comperiamus.

Obturamenti pressio inconstans indè arguitur, quia uterus admodùm dilatabilis partibusque mollibus non resistentibus circumdatus, pressioni excentricæ cuivis magis magisque perindè ac in gravitate cedit, sicque pressionem, quæ vel momento constet, pati recusat. Eo ipso autem quod cedat viscus, omnis pressio est et impossibilis, nisi uteri circa Obturamentum contractio tantùm quantùm necesse imperari fas sit; quâ nihilominùs, si penes quem hoc imperium foret, Obturamentum nec adhuç premeret sed premeretur, foràs quidem et extùs illicò, ut res sæpiùs accidit, dum steniâ pollet uterus. An verò quempiam cæterùm fefellit, à corpore vaginæ vel uteri osculo externo præsente, vasa in hujus cavitate, ubi illud abest, comprimi non posse? Cessatne vinum è dolio aperto fluere januâ vinariæ cellæ clausâ? E contrà Obturamentum in vaginâ præ uteri ore hærens, illud et placentam, si hæc adsit, solvit. Quod ita fit non modò propter sanguinis ibi loci cumulati sursùmque prementis mucosam, oleosam et quasi saponaceam indolem, sed etiam propterea quòd sit fomentum calidum vel igneum quo rigida et stricta emolliuntur. *Mordent enim quæ tenuia sunt et ignea et callum liquant*, ait Hippocrates. Hæc mea assertio observationibus et factis (1) illorum com-

(1) Si, dans ce cas, elle (la perte) devient assez abondante pour inquiéter, on

probatur qui obturationem tentarunt, fassi se indè partum celeriorem obtinuisse.

Si ostia vasorum sanguinem mittentium in vaginâ vel orificio externo hiarent, evidenter patet illa primo instanti ex stypteriis simul adjunctis etiam corrugari et constringi posse. Sed nisi more antiquorum ita parvuli, qui illam corrugationem ac constrictionem limitari nequeant, immittantur, citò sæpiùsque renoventur pessi; nullum dubium est, quìn secundo instanti plus noxiæ adferatur, quàm emolumenti primo advenerit. Hinc Styptica ope linteoli vel panni cujuspiam frustuli, more antiquo hæmorrhagiis uterinis opponi, irritationemque indè à collo ad fundum usquè uteri, quâ hic contraheretur, propagari posse, rationi consentaneum arbitror, quamvis injectiones è clystere, fistulâ vel specillo fieri ratius habeam. Recentiorum itaque abusus potiùs quàm usus accusatur. Imitatori ratione non utenti omnia unum et idem, sicut unum et idem loco omnium ést. In hæmorrhagiâ uteri prægnantis cohibendâ ratum habuit *Puzos* fœtûs involucra dilacerari; et ipsi hæc methodus, non nisi sex saltem à conceptu præterlapsis mensibus, dùm orificium jam emollitum dilatatumque contractionem uteri ex fundo portendit, bona sæpè sucessit semperque, non temerè et incautè adhibita, successisset. Quod indè evenit quia, liquore amnii effuso, uterum ex fundo contrahi, vasa tortè corrugari minuique liceret; undè fluxus vel lentior fuit aut cessavit. *Leroux* e contrà illam methodum indignatus, quia *Lamotte* et ipse *Pusos* illâ olim abusi erant, voluit in quâvis hæmorrhagiâ uteri coercendâ Obturamentum adhiberi. Suam methodum non nisi, ubi fibrarum uteri infimarum rigiditas partum non ampliùs impediendum impedit, bonam, etiam sibi successisse factis et observationibus contendit. Hæc ultima methodus haud tutò tamen, etiam in prædicto rigiditatis casu, et impetibus

peut introduire le tampon. S'il n'y a point de douleurs, il les fera naître; et si elles existent, il leur donnera plus de vivacité; l'expulsion du délivre en sera plus prompte: j'en peux citer pour exemple l'observation suivante. *Leroux*, *p.* 207.

« Lorsque quelques jours avant l'accouchement, ou même pendant le travail de l'enfantement, il arrive une perte, je ne balance pas à faire alors usage du tampon, ainsi que l'a conseillé *Leroux* dans son ouvrage sur les pertes, surtout lorsque le col n'est pas dilaté; ce moyen empêche l'issue du sang; il arrive ensuite de petits fourmillemens, des douleurs qui peu à peu deviennent expulsives, le tampon est d'abord expulsé et l'accouchement se termine ». V. *Des pertes de sang, par Alphonse Leroy*, *an XI*, *p.* 70.

« Il faut avoir soin d'augmenter quelquefois le tampon en proportion que l'orifice *se dilate*, sans quoi on risqueroit d'avoir encore *de la perte* (*vocum abusus*) avec le tampon mal appliqué ». *Id.*, *p.* 104.

majoribus aliisve causis simul vel anteà convenienter oppugnatis, adhibetur; nisi præsens remaneat chirurgus qui advertat, ne sanguis in utero cumulatus mortis periculum vel alia incommoda afferat (1). Plus etenim sanguinis potest uterus continere quàm mulier perdere, et ejus profluvium foràs larvare vel intùs retinere, non idem est ac sistere. Idem de Chirurgi *Pusos* methodo censendum, nempè illam non esse adhibendam, nisi apud mulierem restet medicus qui, illâ ad hæmorrhagiam consistendum non sufficiente methodo, partum manu edat; quamobrem diximus, illâ non nisi post sextum graviditatis mensem et ubi puerperium ex orificii uteri relaxatione et expansione instare constat, utendum esse. Sic ubiquè

---

(1) Quænam ex sanguinis, vel non effusi, repletione exsurgant incommada testantur quam plurimi medici, etsi negant quidam obturatores. Apud *Hipp. De Virg.*, pag. 125, hæc leguntur inter alia : « Cum autem hæ partes oppletæ fuerint, etiam horror cum febre irruit, febres inerrantes appellant. Quæ cùm ita se habeant, ob acutam quidem inflammationem insanit, ob putredinem clamat, ob caliginem terretur et timet, ob oppressionem verò quæ circa cor est, suffocationem sibi parat, ob sanguinis autem vitium animus anxietudine et impotentiâ conflictatur et malum contrahit ».

« Le vagin peut être entièrement fermé par l'hymen. Pour lors, il arrive que les jeunes filles, en qui ce vice existe, sont privées de l'écoulement des règles, et il s'ensuit des maladies graves ; leur ventre se tuméfie, elles pâlissent, et éprouvent des accidens graves produits par le sang retenu dans le vagin ». V. *Cours de médecine légale, par Belloc*, p. 42.

« Le tampon, dont *Leroux* de Dijon a vanté, et avec raison, l'usage dans les pertes de sang, et pendant la grossesse, et après l'accouchement ; ce tampon, dis-je, dans les hémorrhagies *actives* qui surviennent dans les autres temps de la vie, *est souvent inutile*, et même quelquefois *dangereux*. Je l'ai employé dans ces derniers cas, et j'ai vu l'hémorrhagie revenir par le nez. D'après les symptômes qui l'ont précédé, j'ai reconnu que ce moyen auroit pu causer l'apoplexie : ayant un jour tamponné le nez dans une hémorrhagie du nez, il se fit une métastase sanguine sur tous les capillaires de la face, et le gonflement fut alarmant ». *Alph. Leroy*, p. 107.

« On ne peut pas se dissimuler que si constamment les pertes ont été *arrêtées* (id est *retenues dans la matrice*), néanmoins quelquefois il en est résulté un désordre dont les femmes ont été victimes dans la suite de leurs couches. C'est ce qui m'a mis en garde contre ce moyen (le tampon), d'après les observations mêmes pleines de candeur du chirurgien *Leroux* ». *It.*, pag. 103.

« Il faut se demander pourquoi ce moyen (le tampon) ayant *arrêté* les pertes, néanmoins quelques femmes sont péries ? L'effet du tampon est d'empêcher l'issue du sang; mais pendant cette suspension, il se fait un engorgement et souvent même une décomposition, une putréfaction, qui deviennent funestes à l'universalité de l'économie, si par des moyens médicinaux on ne lui redonne pas la force récombinante et anti-septique ». *It.*, p. 104.

« A quels accidens n'expose-t-on pas la femme dont on aura ainsi tamponé le vagin ? On peut en lire dans l'ouvrage même de *Leroux*, les détails affligeans ». V. *Dissertation sur les pertes de sang, par de Saint-Amand.* An XI. Præstans praxeos rationalis specimen sistit hæc dissertatio lectionis dignissima.

fac ut, in marte ancipite, tibi fugato pons aureus pateat. Neutra methodus itaque in omni casu bona est, nec ratione sed affectione quâdam captus, suam in omni casu valere contendit auctor vel auctoris assecla. Medium tenuere beati, similia cum dissimilibus non confundentes. Minimè enim licet in re medicâ imitatorum, ut dicunt, dari servile pecus. Nec sinit artis præclaræ dignitas, nec est sensus adagii antiqui, *ibi incipit medicus, ubi desinit philosophus.* Juvat ergo philosophiæ priusquàm medicinæ studere, ut rationis lumen cuivis medicorum experientiæ in posterum præluceat.

Ex dictis patet Obturamentum in casu hæmorrhagiæ uteri inhibendæ non secùs ac cereoli agere, qui in urethram coarctatam, non ad lotii profluvium inhibendum sed dilatatione promovendum, immittuntur. Nec puris aut seri fluxionem impedire intendunt, dùm tentoriis utuntur chirurgi. Ergo et analogiâ mendace vel omninò nullâ ducti docuerunt hæmorrhagias uteri obturatione consistere; siquidem nullæ fluxiones nisi resistente pariete quodam, qualis v. c. in nasi hæmorrhagiâ dari potest, se pressione Obturamenti mechanicâ mederi patiuntur.

Sed et experientiæ fallaci, quâ obturationis præsentiam arguere volunt, genuina facillinè opponitur experientia (1). Plurimi dantur

---

(1) Præter *Leroux*, ejus assecla juvenis medicus, suâ probante thesi praxeos verè medentis sciolus, narrat se Obturamento mulieri eidem bis succurrisse. Sed thesis lectione motus credo mulieris naturam morbo, medico et medicamento fortiorem fuisse; quod sæpiùs evenit præsertìm in hæmorrhagiâ plethoræ vel alii causæ levi adscribendâ, ubi morbus ipse sui remedium est. Potuit ille per orificium uteri nundùm apertum placentam illi suprà adfixam callere, nec tamen adhibuit suorum digitorum aciem, imminente posteà puerperio, quod se recusante alius levandum suscepit. V. *Dissertation sur l'efficacité du tampon, par F. de Paul Josse*, An XI, p. 25 et 26.

Sed ne judicio temeriore vel injusto arguar, eundem ex scriptis, nec stylo quidem correctis, p. 25 et s. judicanto lectores.

« Je puis rapporter ici une observation à l'appui de ce que je viens de dire sur la manière d'agir du tampon, dans le cas qui m'occupe (lorsque le placenta est attaché sur l'orifice). Je fus appelé, il y a deux ans, auprès de la femme P . . . , grosse de sept mois et demi, attaquée d'une perte considérable qui durait déjà depuis trois heures. L'eau froide, le vinaigre appliqués sur le ventre, le plus grand repos, et d'autres moyens généraux furent employés sans succès. (Nihil valet medicamentum suo non adhibitum loco, omne valet medicamentum spontè cessante morbo).

« Le col de la matrice entr'ouvert par l'effet de plusieurs accouchemens antérieurs, me permit de m'assurer de l'état des choses, sans cependant qu'il y ait de disposition à l'accouchement; ayant reconnu que le placenta était situé sur l'orifice de cet organe, et la femme s'affaiblissant beaucoup par la continuité de la perte, je me suis décidé à opposer aussitôt une *digue* au sang. Des morceaux de linge *imbibés de vinaigre* et introduits dans le vagin répondirent à mon

casus, in quibus, capite fœtûs in orificio uteri hærente et quam exactissimè fieri potest illud obturante, ex hæmorragiâ internâ, dùm

---

attente. La perte arrêtée, le tampon ne fut retiré que deux jours après son introduction. Le caillot dont il avait favorisé la formation s'opposa lui-même, pendant *cinq semaines,* à une nouvelle effusion de sang, quoique la femme se soit livrée pendant tout ce temps à ses travaux ordinaires La perte reparut alors (*quâ occasione ?*), précédé de légères douleurs avec beaucoup plus d'intensité. Appelé de nouveau à son secours, le *col n'offrant encore aucune dilatation*, j'insistai sur le même moyen, et j'en obtins le même effet. La femme déjà *affaiblie par l'abondance de sang* qu'elle avait perdu, recouvra un peu de force; les douleurs qui avaient cessé reparurent, et le travail s'établit parfaitement. Le tampon resté en place pendant deux jours, sans laisser couler de sang, *ne remplissant plus alors parfaitement le vagin,* je l'ai extrait; et comme le col n'offrait que très-peu de dilatation, je crus pouvoir insister sur le même moyen. Les douleurs devinrent plus expulsives. *La perte, très-bien arrêtée* (is est vocum abusus! non perdebat illa sanguinem retentum sed tamen effundi pergentem, sicut miles pollicem non perdiderat, quem in crumenâ abcissum habebat; quod evidenter ex sequente, *énorme quantité de sang*, propter Obturamenti dimotionem, patet), je laissai les choses dans le même état pendant douze heures, et ce ne fut qu'à cette époque, *après avoir jugé, tant par la permanence que par l'intensité des douleurs, que le col serait assez dilaté* pour permettre l'accouchement, que *j'appelai un accoucheur.* Tout étant disposé pour faire cette opération, *je retirai* le tampon. *Une énorme quantité de sang fluide suivit son extraction; le col dilaté de la largeur d'une pièce de six livres*, permit l'extraction de l'enfant sans aucune difficulté. La malade supporta très-bien cette opération. Le *placenta extrait, la matrice se contracta, et la perte cessa;* aucun autre accident n'est survenu. La femme pauvre et chargée de famille put se livrer au travail quatre jours après. L'enfant fut extrait bien vivant, *sans être affaibli.* Il mourut huit jours après de toute autre cause ». Eo agendi modo nil mali cogitavisse auctorem ex sequentibus constat.

« L'épanchement pourrait-il être assez considérable, lorsque la matrice contient déjà le fruit de la conception, pour faire périr la mère (ab actu ad posse nonne valet conclusio)? Les fibres de ce viscère se laisseraient-elles distendre aussi subitement, sans que leur sensibilité ne soit excitée, et sans que leur action ne soit vivement sollicitée ? *L'observation a prouvé presque toujours le contraire......* Je ne doute pas qu'il puisse se rencontrer des cas assez malheureux où la matrice, sans action, se laissera distendre pour contenir une quantité de sang assez considérable, pour affaiblir beaucoup la femme, et faire craindre pour ses jours. *Ce funeste accident ayant été observé par plusieurs praticiens*, on ne saurait trop veiller à ce que cet épanchement ne se fasse point (an Obturamenti ope ?), et dans le cas où on aurait lieu de le *craindre* ou de le *soupçonner*, on tâcherait d'arrêter le développement de l'organe utérin, par le secours de quelques frictions *très-fortes* réitérées; par l'application de *linges chauds*, etc. (Ergo propter mali metum vel suspicionem, malum reapsè inducendum esset, siquidem satis superque constat hæmorrhagias ope calefacientium nunquàm cohiberi, sed è contrà validiùs semper citari!) Si malgré tous ces secours, on ne peut empêcher ce *malheureux événement*, *il ne reste alors pour toute ressource, que de terminer l'accouchement sans plus de délai* (hoc est, omnem obturationem removere); et si, comme il y aura toujours lieu de présumer en pareille circonstance, on n'obtient point de cette opération tout le succès qu'on doit en désirer, on aura du moins la consolation d'avoir fait tous ses efforts pour rendre à la nature une partie de ses droits.

» L'application du tampon est une opération très-légère et facile; elle consiste dans l'introduction de morceaux de linge, de filasse, de charpie, d'éponge *sèche* ou im-

partus

partus nimis moratur, pereunt matres, quasi angue latente in herbâ necatæ. Aliorum plurium loco, quæ et in regione meâ et in aliis scio evenisse, factum ab amico Doctore *Vivens* mihi communicatum hoc referam paucis.

Mater puerperii prænuntios dolores passa accersit chirurgum juvenem qui ipsi parienti adesset. Dolores genuini fortesque primò præsentes fœtum ad uteri orificium detruderunt. Sensìm verò dolores remiserunt et tandem omninò cessarunt. Chirurgus perfidâ lusus securitate prospiciebat puerperium desidiosus. Tertio tamdèm die matris periculo magis atque magis instante et dibilitate non modicâ jam præsente excitatus consilium medicorum ibi loci degentium petivit. Sed seriùs medicina parata est, siquidem obiit mater, priusquàm ipsi opitulari potuissent. Ut de causâ mortis certiores fierent medici, defunctæ cadaver secarunt, et uterum sanguine turgidum invenientes nullum de hæmorrhagiâ internâ lethali, etsi nil sanguinis anteà foràs prodierit (quoique la perte ait été arrêtée, more obturatorum), habuerunt dubium. Is fuit obturationis quam exactissimæ effectus, lethum miserabile (1)! Nulla cæterùm datur experientia Obturamenti sine aliis

---

bibée de quelques liqueurs *astringentes* dans le vagin. Le tampon devra toujours être porté immédiatement sur le col de la matrice ou dans son *intérieur, lorsqu'il est dilaté.* Il devra *remplir parfaitement le vagin*, pour qu'il puisse par sa résistance et sa solidité s'opposer à l'effusion du sang. (Debetne etiam uterum, dùm in ipsum intromittitur, perfectè implere ?)

» L'introduction du tampon peut se *réitérer un grand nombre de fois. J'ai insisté pendant quinze jours* sur ce moyen sans aucun inconvénient. (Quanta est remedii præsentia, vel, ut ait auctor, efficacia, dùm hæmorrhagia vel paucis minutis continens mortem minatur). On peut laisser le tampon plusieurs jours dans l'intérieur du vagin, sans craindre qu'il ne se putréfie et *sans que la constitution de la femme en soit altérée*». *De Paul Josse, operis cit., p. 28 et s.*

Hæc est dictorum concordia. Ex uno disce omnes. Ejusmodi experientiam et observationes cane pejus et angue odi liceret, si ex illis talis medicamenti frequentia induceretur.

(1) Ne mea non sufficiant, liceat duo alia subjicere.

« Une coiffeuse, grosse de six semaines, se blessa en levant seulement les bras pour coiffer; il survint une perte considérable, le fœtus sortit seul; j'employai tous les remèdes connus, *même le tampon à l'orifice de la matrice :* alors l'hémorrhagie revenoit ou par le nez, ou par l'estomac, ou par le poumon, ce qui produisoit vomissement et crachement de sang; en vain on lui donna les plus forts astringens, l'alun, la noix de galle, l'eau de Rabel, ni les ligatures ni la glace ne furent négligés. Je m'associai le célèbre *Bordeu*; ce fut en vain que *pendant quinze jours* tout fut employé à l'intérieur et à l'extérieur, rien ne réussit, elle mourut d'hémorrhagie. (Obstavit credibiliter Obturamentum, quominùs alia suum effectum sortirentur remedia.)...

» Je crois qu'aujourd'hui, mieux instruit, je pourrois sauver ces deux femmes, quoiqu'alors les plus habiles médecins n'en aient pas trouvé, plus que moi, les moyens.

» Quant à la première, je ne balancerois pas d'injecter dans la matrice des spiri-

cum successu adhibiti (1). At de medicamenti alicujus effectu nil certum tenetur, nisi illud solum, non semel, neque in morbo spontè cessante adhibitum fuerit. Quamobrem experientia unius simul cum aliis adhibitæ medelæ potest argui non genuina vel omninò nulla, nisi constet alia simul adhibita omni carere virtute (2). Quod quis in-

---

tueux, tels que l'esprit de vin, etc. » *Pertes de sang par Alph. Leroy, p.* 18 *et s.*

« Une femme que j'avais accouchée, en 1792, par le forceps, redevint grosse : parvenue au huitième mois de la grossesse, elle éprouva une perte de sang causée par la décortication du délivre implanté en partie sur les bords de l'orifice utérin. L'accouchement se fit spontanément; le placenta sortit de même; mais on crut qu'il fallait, à raison de l'hémorrhagie qu'avait éprouvée cette femme, s'opposer à ce qu'elle perdît davantage; le vagin *fut tamponé exactement ;* les vidanges s'amassèrent dans la matrice, *la distendirent prodigieusement* et causèrent des douleurs qui forcèrent à retirer du vagin les tampons qu'on y avait mis. Cependant la femme était très-faible; *une quantité prodigieuse de sang sortit mêlé de quelques caillots ;* l'écoulement continua d'être abondant. La faiblesse devenant extrême, je fus mandé. Instruit de tout ce qui avait précédé, et après avoir notifié le danger imminent où était la malade, je portai deux doigts à travers le col de la matrice que je trouvai très-relâché. *Je fis l'extraction d'un caillot volumineux qui avait déjà acquis beaucoup de solidité, et dont la présence entretenait la distention de l'utérus, et la dilatation de son orifice. Les parties se restituèrent parfaitement au moyen des applications froides d'oxicrat sur l'abdomen, et d'injections de la même liqueur jusques dans la matrice. Dès ce moment la perte cessa.* La malade, mise à un régime convenable, s'est parfaitement rétablie.

» Cette même femme, devenue grosse une troisième fois, eut un accouchement semblable au second. L'écoulement des lochies empêché donna lieu à *la formation de caillots, qui n'ayant pas été expulsés ni extrraits, comme on l'avait pratiqué si heureusement lors du précédent accouchement, causèrent une hémorrhagie qui n'a fini qu'avec la vie de l'infortunée.* » *Dissertation sur les pertes, etc., par de Saint-Amand, An* XI, *p.* 71 *et s.* Alia ejusmodi observatio ibidem legitur.

(1) « J'ai cru remédier à cet accident (à la stase humorale) en commençant, *dans tous ces cas de perte*, par faire une *injection spiritueuse* dans *la substance même de la matrice*, et j'ai employé ensuite le tampon *imbibé de spiritueux et d'astringens.* Au moyen de ces injections précédentes, il m'a paru que je remédiois à tous les inconvéniens que peut avoir le tampon, souvent alors *inutile :* car les *injections seules* portées dans la matrice dans tous les cas de perte, et surtout dans celles à la suite de l'accouchement, m'ont suffi souvent *seules* pour rétablir l'ordre. Ce moyen m'a paru *préférable*, parce qu'il fait son effet *bien plus rapidement*, qu'il n'a rien que de fortifiant pour la matrice, et qu'il *n'empêche* pas l'usage du tampon. (Medicamenta propter morbos curandos, non autem morbi propter medicamenta dantur; quid ad nos itaque utrùm Obturamenti usus inutilis ultrà obtineatur; si quidem absque illo meliùs curantur hæmorrhagiæ ?)

» L'étude des maladies des femmes dans *Hippocrate*, m'a rendu bien moins timide que tous les modernes, sur l'usage des injections dans cet organe; il dit souvent : *injice in stomachum uteri.* » *Alph. Leroy, oper. cit., p.* 105.

(2) Ejusmodi experientiæ fictæ non rara sunt exempla. Plurium loco hæc operibus celeberrimi *Cullen* contestata referre sufficiat : « On a recommandé, pour arrêter les hémorrhagies, beaucoup de remèdes superstitieux et les charmes; on a même prétendu les avoir employés avec succès. Le succès apparent de ces remèdes a été au moins généralement dû à l'erreur des spectateurs qui ont pris la cessation spontanée de l'hémorrhagie pour l'effet du remède. Je pense cependant que les remèdes de ce genre

ferre nequit, nisi medicos ejusmodi vappidis usos in vituperationem insaniæ aut præstigiarum adducat. Præterea ex dictis et citatis evictum est, omnes obturatorum observationes contradictionibus evidentibus quàm plurimis stipari. Nostra autem contra obturationis usum allata experientia maximè genuina est, utpotè omnis aliarum rerum influxûs expers et cum observatis omnium, vel et Obturamenti laudatorum, concordans. Sed et consentanea simul est cum praxi omnium rei medicæ peritissimorum qui, uteri restitutionem vasorumque corrugationem tamquàm necessaria ad hæmorrhagiam ex hinc consistendum ponentes, docent, idcircò partum edere atque uterum, qui contrahi et restitui possit, placentâ cæterisve liberare, quandò fluxionis cessatio certò obtinenda est (1). Cùm itaque et praxeos methodicæ, et experientiæ genuinæ, et analogiæ veræ, et

---

peuvent avoir quelquefois été utiles, en imprimant à l'esprit des sentimens d'horreur, de crainte ou de terreur ». *V. Elémens de Médecine pratique de Cullen, traduits par Bosquillon*, 1787, *tom.* 2, *p.* 31. Effectum impressionis ejusdem indolis, quo vel acceleratur, vel retardatur partus, exposui p. 107, operis cui titulus est : *Examen critique de la doctrine et des procédés du C. Sacombe dans l'art des Accouchemens, etc., an VII.*

(1) « 1087. La nécessité d'opérer l'accouchement, sans avoir égard au terme de la grossesse, lorsque la perte de sang est assez grande pour exposer la vie de la mère et celle de l'enfant, est reconnue depuis plus de deux siècles, et le précepte de le faire a tellement force de loi parmi nous, qu'on ne sauroit s'en dispenser sans être taxé d'impéritie. Cette pratique fondée sur la théorie de la cessation des pertes après l'accouchement, est confirmée par un grand nombre d'observations. Une longue et trop funeste expérience a prouvé également qu'une heure, et même un instant de retard en bien des cas, avoit coûté la vie à la mère et à l'enfant.

» 1092. Le danger étant le même dans tous les cas de pertes abondantes, soit que le sang coule librement au dehors, soit qu'il s'épanche en dedans, il faut se comporter de cette manière ; parce que les vaisseaux à découvert ou rompus, ne peuvent cesser d'en répandre, qu'*autant que la contraction, ou la réduction de la matrice sur elle-même, aura déterminé un assez grand changement dans leur direction et leur calibre, pour que ce fluide ne les traverse qu'avec peine.* » *Art des Accouchemens par Baudelocque*, *p.* 491 *et s.*

» 920. De tous les accidens qui peuvent engager à délivrer la femme, avant la réunion de tous les signes indiqués ci-devant, aucun n'est plus pressant que l'hémorrhagie utérine, parce que la matrice alors affoiblie par le sang qu'elle verse, manque de force pour expulser le placenta, dont la présence ne fait que favoriser cet accident.

» 922. Cet accident (l'hémorrhagie cachée) peut arriver de même après la délivrance, *si l'on tamponne le vagin sans autre précaution, pour s'opposer à l'écoulement du sang entretenu par l'inertie de la matrice.*

» 923. Les syncopes fréquentes et les convulsions doivent aussi nous déterminer à *extraire le placenta et les autres corps étrangers qui en sont la cause.* Heureux si la nature des convulsions le permettoit toujours ! » *It. p.* 418 *et s.*

Ejusmodi præcepta circa hæmorrhagiam leguntur et optima in eodem opere, p. 282, 434, 442, 450, 493, etc. Ne quid probandum ultrà restet, subjiciam adhùc

rationis momentis quàm validissimis constet, Obturamenti opem esse fallacem, atque mendacem, liceat nunc tandem indagare in quantùm ipsius usus, aliorum potiorum loco commendatus, noxius habendus sit.

---

et ultimò Observationem 386 nov. edit. domini *Lamotte*, simul cum quibusdam ex contradictionibus domini *Leroux* illam commentantis.

Post partum haud impromptum et quidem uxoris tertium, placenta, non nisi temporis et patientiæ beneficio extracta, seposita fuerat, quin obstetrici de ejus integritate alio modo quàm specie constiterit. « A cette première faute, *ait Lamotte*, elle en joignit une seconde : quand elle vit que le sang venoit avec plus d'abondance qu'elle n'eût désiré, elle prit une serviette qu'elle appliqua en bouchon contre la partie, dont elle la boucha si exactement qu'il ne sortoit que peu ou point de sang : ce qui donna occasion à des douleurs plus piquantes que celles que la Dame avoit souffertes pour accoucher : à ces douleurs se joignit le vomissement, ensuite les défaillances; et enfin un billot qui lui sembloit monter de l'estomac à la gorge et qui paroissoit la vouloir étouffer : ce qui obligea à envoyer chercher le chirurgien de la Dame (dans la crainte que je ne voulusse pas y aller), qui la trouva froide et sans pouls, en sorte qu'elle expira avant qu'il eût eu le temps de se reconnoître.

» Je fus néanmoins prié, avec mon confrère, d'en faire l'ouverture : nous trouvâmes à l'extérieur le ventre d'une grosseur surprenante, et au dedans de la matrice une portion de l'arrière-faix de la grosseur d'un œuf d'oie, dont le principe étoit au fond et au milieu de ce viscère... avec *un coagulum de la grosseur d'un pain de quatre à cinq livres*, qui s'étoit formé par la rétention qu'en procura la sage-femme avec le bouchon formé de sa serviette. » *Vide Lamotte, Obs* 386, *jam cit.*

Dominus *Leroux* de hoc facto ipsi objecto disserens, operis citati pag. 283., inter plura alia hæc scripsit, præsuppositâ placentæ extractione :

« Il auroit été nécessaire, comme nous l'avons fait dans pareille circonstance, d'introduire un lambeau de linge imbibé de *vinaigre pur* jusque contre l'orifice utérin. Le *Stimulus* qu'il contient a la vertu, comme nous l'avons dit, d'*exciter la contraction utérine et de réveiller le ressort des fibres* qui étoit presque détruit. Ce ressort suffit pour maintenir la matrice dans le degré de *resserrement nécessaire pour arrêter la perte*. C'est *l'effet qui a été produit constamment* toutes les fois que je me suis servi du tampon.... On pourroit encore s'opposer à sa dilatation ultérieure (hæc non adest *si le resserrement a été produit constamment*, nec est necesse *d'augmenter quelquefois le tampon en proportion que l'orifice se dilate*), en comprimant le globe utérin (proh dolor!), comme nous l'avons indiqué n°. 255, 256. Si cette manœuvre ne réussissoit pas, qu'il survînt des douleurs vives, après lesquelles l'utérus augmentât sensiblement de volume, il resteroit encore une *ressource sûre*, *qui seroit d'extraire le tampon*, *de vider la matrice des caillots* (quid! *le but de la nature et de l'art* in hæmorrhagiis cohibendis) *qu'elle contiendroit*, *et d'introduire un nouveau tampon dans sa cavité même. L'acidité du vinaigre qui agiroit immédiatement sur toute la paroi interne de l'organe affoibli*, *exciteroit encore plus certainement sa contraction et arrêteroit sûrement la perte par la crispation des vaisseaux mêmes qui la fournissoient.* » Ea est obturationis laudatorum versatilis doctrina! A semetipso totque contradictionibus refutatus, ab alio vix refutandus fuisset; nec tot adjecissem, nisi cæca imitatio asseclarum perniciem sexui jucundissimo sicut et infelicissimo ultrà minaretur. Argumentum absolvere et complere citatorum transcriptione plurimorum oportebat, quia citata non transcripta suspecta sunt, et, propter librorum collationis difficultatem, vix leguntur. Satis cæteròconstat argumentum in re medicâ non completum, argumentum esse nullum.

SECTIO TERTIA.

Obturatores numquàm hæmorrhagiam suo remedio sanasse, sed tantùm ad sanationem præparare voluisse, constat vel ex suis observationibus, in quibus illi fatentur seriùs ociùs Obturamentum simul cum aliis contentis foràs expulsum, hincque uteri contractionem, quâ sanguifluxus penitùs tandem cessaverit, insecutam fuisse. Medicamentum itaque vincendum citra morbum habebat natura, quia hujus agendi modus, qui constringendo erat, medicorum suo dilatanti repugnabat (1). Non igitur naturæ ministri appellari merentur medici, qui illam medendi rationem naturæ omninò inimicam instituerunt, reluctantes malè contra hoc *Hippocratis* monitum: « Conare autem ut te naturalem medicum exhibeas, ad hominis habitum et vires respiciendo. Horum enim nullus temerè et inconsideratè aliquid agit ». Res indè evidentior adhùc evadit, si consideremus uterum relaxari, sanguine cæterisque distindi non posse, nisi natura non restiterit, sed languida contra se agere siniverit, usquedùm, vel ultimo nisu convulsionibus proximo se se refocillare conaretur, vel conflictui impar, morbo et medicamento debellata, miserè procumberet. Competit medicum naturæ hoc modo irruentibus cedenti vires addere, non verò adhùc superstites detrahere. Sed et ultra modum valida potest etiam suis impetibus in operando, dùm boni habitus in extremo fuerint, disturbari; vel, dùm irritatio quædam insolita citatur, in ruinam effrænari natura. Tunc ne ignes ignibus addantur, altera alii omninò obposita obtinetur medendi ratio, quâ detrahit vires compescendo medicus. Hoc fonte defluunt morbi, dùm nempè placida naturæ œconomia actionis reactionisque æquilibrio orbatur, sive unum præ aliis, sive plura, sive omnia organa functionis excessu vel defectu peccent. Naturæ conflictuum nec spectator desidiosus, nec cæcus aut temerus oppressor, illos ad naturæ scopum, sanitatem, scili-

---

(1) « On m'objectera encore que le tampon pourra rester dans la matrice et s'y corrompre, comme cela arrive quelquefois à des lambeaux de placenta. Je réponds à cela que cet accident arrivera très-rarement, et peut-être jamais; mais, quand cela seroit, ne pourroit-on pas employer *avec un très-grand succès les injections détersives* de M. Récolin » ? Vide. *Leroux*, *Operis citat.*, p. 280, *insubjectâ notâ.* Ergo etiam remedium contra remedium, si natura non sufficiat!

cet, moderari debet medicus, causas phœnomeni cujuspiam tacitè explorando, retectas semovendo, perniciem allatam reparando, adhùc inferendæ præcavendo, incertus observationem sedulam fortunæ, et moram tentaminibus incautis præponendo, atque tandem providendo, quominùs hypothesibus argutioribus aut fantasiæ deliriis lusus obstinationi vel conjecturis vanis indulgeat.

Obturamentum vires non addit, sed detrahit; non compescit motus sed auget; causas morbi præsentes non oppugnat, nec supervenientibus præcavet, sed novas adfert; jacturas non reparat, sed præparat; datâ sibi resistentiâ opprimere valet, sanare numquàm. Uno igitur tantùm prodest modo, dùm abusu non stupratur; valet nempè sanandi tempus et facultatem extendere. Opportuno itaque loco, nec ibidem incautè, adhibeatur medicamentum quod, morbum inter et naturam positum, hanc perfidiâ opprimere pote est; cùm indè humorum ad morbi focum determinatio major, impetus graviores, inflammatio, gangræna, tumores, putredo, suffocatio, apoplexia, vasorum ruptura, anxietates, lipothymiæ, convulsiones atque ipsa mors tanquàm ex fonte derivari queant. Duplo proindè respectu noxium est; scilicet 1°; dùm, ubi necesse et illicò juvandum est, aliorum præstantiorum loco adhibitum, procul ut juvet, naturæ nisubus adversatur, cavitates, quo et undè ruit sanguis, augendo, pravè irritando rejectaque rejicienda retropellendo; 2°. dùm, lupo in ovili quasi recluso, putredini aliisque anteà enumeratis damnis ansam dat, ita ut incidat in Scyllam cupiens vitare Charybdim natura. Hæc ultima perlustrare damna, medelasve ipsis obponendas præstare, non est laboris pretium, siquidem obmisso obturamenti usu intempestivo absentia nullâ curatione indigent. Superest igitur tantùm ut ea, quibus hæmorrhagia, non fallaciter simulando, neque ratione naturæ inimicâ, sed reapsè, apprimè et convenienter sistitur, exponam remedia.

Hæmorrhagia quævis quatuor potissimùm consistitur modis, nempè stypticis, compressione, ligaturâ et adustione. Hîc vix de aliis quàm de stypticis mihi dicendum est.

Venustas et jucundia extùs, mors intùs tota est mulier, utpotè Hæmorrhagiæ maximè obnoxia, quâ celerior nullus in ruinam naturæ humanæ agit morbus. Funus jacet, et vitæ periculum vix fuisse attoniti credunt. Tàm præcipiti casui quodcumque opponitur remedium sit itaque præsentissimum, non mendax et in promptu

habendum necesse est. Ejus indolis sunt injectiones in uterum ex aceto aquâ simplici vel plantarum decoctione compositæ (1). His accedunt semotio causarum occasionalium ; quies ; refrigeratio aeris ambientis, vestium et ingestorum, quæ ultima horæa et vegetabilia potiùs quàm carnea, nisi hæc vitulina gallinaceave et pauca sint, admittuntur ; decubitus horisontalis remotis plumis, lanuginibus et quibuscumque stratis calidis ; immersio extremitatum inferiorum aut superiorum in frigidam ; fomentationes sæpè sæpiùs renovandæ ex poscâ, seu, ut aiunt, oxicrato frigidiore lenteis quadru vel sextuplicatis excepto, circa partes quò et undè sanguis impingitur, admovendæ ; revulsio ex hirudinum aut cucurbitarum ad (non super) mammas appositione, vel ex aliâ in partibus remotis irritatione obtinenda (2); venæsectio in plethoricis ; antispasmodica convenienter ex adjunctis temperata, aut non calefacientia, ut liquor anodinus Hoffmanni, camphora nitrata, aqua Rabelii, liquor nervinus *Bangi* ex camphoræ scrupulis duobus in liquoris anodini miner. Hoff. unciâ dimidiâ solutis constans, gustui quidem ingratus, sed effectu, languente vitâ, præstans, aliave ejusdem indolis spasmo correptis administranda ; ligaturæ extremitatum, vel etiam ligaturarum, undè congestio avertenda nascitur, solutio ; potiones frigidæ acidulæ, præsertìm ex acidis sulphurico, acetoso, citrico, vel à succo ribium, cerasorum, berberis, rubi idæi baccarum, aut à sero lactis aluminoso vel tartarisato (vernaculè petit-lait aluné ou à la crême de tartre), prout venter, vel laxior vel densior est, componendæ ; decoctum corticis peruviani cum saccharo ad libitum in asteniâ fluxui superstite, vel, si nundùm cessaverit fluxus, simul cum adjuncto acido sulphurico ad aciditatem tolerabilem, mixtum ; clysteres aciduli, blandi, ex aceto cum decoctionibus emollientibus seminum lini, hordei, avenæ, ex radicibus althæ, symphyti officinalis aliisve admixtis præsertìm prægnantibus nundùm partu solutis ad-

---

(1) Jam verò et per metrànchyton, instrumentum ad eam rem factum, locellis succum plantaginis, aut sereos, aut seminalis, aut strychni, aut perdicii, aut psyllii, aut hypocistidis, aut acaciæ infundito, atque hæc eadem per lanam, aut digitum aut malam organum, calamumve in longitudinem formatum usquè ad os uteri indantur inseranturque. Et andromis denique pastillus cum metranchyto infusus cum prædictorum succorum aliquo, aut vino adstringente, efficax et præsentaneum est remedium ». *Paulus Ægineta apud Roch.*, p. 60.

(2) « Et sublatis mammis cucurbitulas modò quidem dextrâ, modò sinistrâ parte adhibeto. Quod si admotis cucurbitulis suboriatur spirandi difficultas, eas detrahito sanguinemque ne educito. *Hip. de Morb. mul. lib. II*, p. 205.

ministrandi ; decoctionem ex rumicum radicibus, ex granati, cinchonæ, simaroubæ, salicis pentandræ cortice, ex portulaccæ, mercurialis, sedi telephii, plantaginis, acetosæ, acetosellæve herbâ; aut infusiones balaustrii, malicorii, rosarum, papaveris rhoæados, anthemidum præsertìm nobilis, matricariæ, millefolii, urticæ florum, quibus, aut saccharum, aut syrupus rosarum, limonum, cydoniorum, cinchonæ, laudanum liquidum Syd., alumen, sanguis draconis, succus japonicus seu catechu, succus hypocistidis, terra lemnia, spiritus vitrioli, acetum, vinum etc. adduntur, prout haustus, injectiones uterinæ, vel clysteres paranda sunt. Hæc omnia verò seligenda et varianda sunt pro causarum, ætatis, tempestatis, temperamenti, virium, locorum, consuetudinum viscerumque statûs variatione (1). Alii commendant prætereà injectiones in uteri substantiam, seu, cùm id vix fieri possit, in uteri stomachum, ex spiritu vini, vel ex vino rubro crudiore ebullito et cum spiritu vini admixto ; quas tamen eorum fide motus experiri non auderem, tùm quia ejus indolis injectiones in fistulas, sicut et post hydroceles aut tumoris membranæ serosæ puncturam, dolorem atque inflammationem cieunt, tùm quia aliæ mitiores et graduatæ ex aceto diluto à me pluries adhibitæ injectiones semper successerunt (2). Contra mutationes ejusmodi derepentè factas monet *Hippocrates*, aphorismo LI, dicens : « Confertìm et repentè vacuare, vel implere, vel calefacere, vel refrigerare, vel utcumque corpus aliter movere, periculosum. Quod siquidem nimium naturæ inimicum. Verùm quod paulatìm fit, securum est, tùm vel maximè si quis ab uno ad alterum transierit ». Usus tincturæ cinnamomi, quæ ex pulverati cinnamomi corticis unciis tribus cum spiritûs vini rectificati librâ unâ per triduum digestis paratur, etiam consuetus est Germanis, Danis et Anglis (3). Illam à guttis 20 ad 60 usquè vino,

---

(1) « Eum autem qui hæc rectè tractare volet, mulierum naturas, et temporum opportuninates, et ætates, et anni tempestates, et loca, et ventos semper dignoscere oportet ». *Hip. loc. cit.* p. 204.

(2) V. *Dissertation sur les tumeurs des capsules muqueuses*, etc., *par M. Asselin.* Strasbourg, an XI.

Exempla inflammationis et suppurationis lethalis ex injectionibus incautiùs institutis testantur *Praxis medica*, p. 427, *et Diar. nosocom. Frederic. hafniensis* 1787, *maj.* 8, *et decemb.* 1, *Autore Bang.*

(3) V. *Arnemann's practische Arzneimittelehre*, 1795, p. 292, *et Pideritii Pharmaciæ rationalis*, 1791, p. 326. Quibuscum concordant medicorum *van Swieten*, *Plenk*, *Loeffler*, *Saxtorph*, *Tode*, etc., opera et praxis.

aquæ

aquæ aliisve exceptam semel, raròbis, de die, quandò hæmorrhagia à partium atoniâ dependet, et principes causæ cessaverint, porrigunt. Hujus remedii à van Swieten tanquàm optimi et quasi unici in casu dicto celebrati usus bis terve à me cautè tentatus votis vix respondit. Emesis vel nausea, ope radicis ipeccacuanhæ præsertìm operanda, etiam contra hæmorrhagiam commendatur. Illis verò fidem idcircò vix habeo, quia congestiones, vel et sanguinis fluxus quandoque vomenti accedunt. Emplastra quæ ad lumbos applicanda quoque ab Anglis sicut et ab Antiquis laudantur, possunt derivando revellendove aliorum effectum juvare (1). Mallem tamen ea opportuniori loco, scilicet, mammarum viciniæ applicari : « præcipuæ vero mammæ cognatione quâdam attolluntur », ait *Hippocrates*. Alvi purgationes aptè institutæ sæpiùs convenire mihi videntur, quia indè liberata alvus circulationem lentiorem, æquabiliorem nec tàm incalescentem admittit, ideòque impulsus vel congestio ad uterum minor evadit. Pillulæ ex alumine tincto *Mynsichti* vel, ut mallunt, ex pulvere stypt ico *Helvetii*, ex aluminis et sanguinis draconis æquâ parte liquatæ et ad drachmam dimidiam usquè quotâ dimidiâ horâ exhaustæ, sive hæmorrhagia inhibenda, sive ipsi redditur æ præcavendum sit, Anglis usitatissimæ sunt (3). Gallis quibusdam, sed ex duplâ aluminis cum unâ sanguinis draconis parte liquatæ, et à granis 6 ad drachmam dimidiam per dosim usitatiores etiam sunt; minùs verò Germanis et Danis. Tanquàm adjumenta aliorum emulsiones quoque propinari possunt, sive ex amygdalis dulcibus, sive ex quatuor seminibus, ut aiunt, frigidis, nempè, cucumeris, cucurbitæ, citrulli et melonum, cum saccharo vel et camphorâ admixtis paratæ fuerint. Omnium medicamentorum virtutes et casus, quibus conveniunt, evolvere, non est animus nec spatium, neque nostrâ magni refert. Non enim multiplicatione sed substractione inutilium perficitur medicina, et quò simpliciore possunt, eò etiam tutiore modo sanantur morbi. Itaque illustris *Pasta*, etsi bona plurima in suo opere circa hæmorrhagias præstiterit, præstantius tamen, meo judicio, fecisset opus, si brevius et ordine strictius scrip-

---

(1) « Frusta lintéoli aceto electo dilue et utrique mammæ admove; subindè pubi et ossi sacro aliquod unguentorum impone ». Vid. *N. Rocheum De morb. mulier. Anno* 1542, p. 57.

(2) V. The entire works of *Th. Sydenham made english* with notes, etc., by *Swan*. London, 1763, p. 456. Idem circiter sentiunt *Lewis*, *Cullen*, *Smithson*, *Motherby*, *Wallis*, etc.

sisset; nec traductoris optimi *Alibert* minor apud me stetisset honos, si breviter et concinnè excerptum, translati loco, præbuisset. Nec breviùs scribentes idcircò tamen præstant quidam. Hostes enim in rem medicam incurrentes omnes habeo, qui bullatis nugis, laboriosè fictis, praxim aliundè sanam insanè convolvunt, quique, dùm naturam ultra boni limites acrioribus, frequentioribus aut nimis compositis suis medicamentis deturbatam infestant, mendacem contra morbum spontè et invitis suis medelis profugum victoriam quasi veram et alliis præter se impossibilem jactitant. Ne itaque medicamentorum agmine corrueretur vel infestaretur natura, non nisi paucis et prætereà parcè semper usus sum, de quibus tantùm quod mihi experientiâ constat, dicere sufficiat.

OSERVATIO PRIMA. Mima (*Barbier* nomine) viarum asperitate pluries et validiùs, dùm Spinalium petebat, commota, partum trimestrem laboriosè edidit. Placentam fœtûsque involucra non simul enixa, funiculum ombilicalem per fasciam cruri, jubente medico, alligarat. Tertio post abortionem die omnia spontè et facilè expulsit uterus, quin sanguinis immodicus adfuerit fluxus. Quia cuncta sic ad votum sollicitæ successerant, senicorum grex, oblectationum vitæ non inimica gens, cænam, congratulationis causâ apud puerperam, lautam fecerunt. Puerpera suas partes æquo streniùs exsecuta incaluit, indigestione laboravit et vomituritionibus vomitibusque violentiùs concussæ accessit hæmorrhagia uteri impetuosissima. Accersitus nullis potui sanguinis impetum, ardorem et fluxum compescere auxiliis, quin citò vel paulò post restitueretur idem profluvium. Quater inhibitum vel suspensum, rediit quater et idem. Quapropter periculi causam per ipeccacuanhæ pulveris scrupulum una vice cum aquâ propinatum semovere conatus sum, quin ex epithematum frigidorum ad regionem hypogastricam appositione omninò desisterem. Cænam vomuit integram, quin ideò ex vomituritionibus prorsùs liberaretur. Sensìm tamen ex potione antiemeticâ Riverii remissiores factæ semianimem ægram minùs torquebant. Sanguis lentiùs indè fluens expandebat uterum ex conglobatione sui interiore quæ, vigentibus profluvio et vomituritionibus, non infuerat. Ope pressionis manualis frigidarumque applicationum evacuabatur sanguis coagulatus, sed non morabatur idcircò tumor ex novo globo renasci. Moribunda tandem, frigida, pallidissima, omnium inscia et desperata jacebat immobilis, nec nisi spiritu levi

vitam significabat. Nisi alia adhiberentur remedia, mors instabat certissima, in quo casu « melius est expererì anceps remedium quàm nullum » annuente *Celso*. Hinc etsi salus maximè dubia vix obtineri posse videbatur, illam tamen ex injectionibus in uterum, de cujus atoniâ satis mihi constabat, quærendam esse arbitratus, metranchytem (vernaculè, *seringue pour femme*), celeriter accersivi, sorore et adstantibus invitis, quasi omne remedium incassùm foret adhibendum. Decoctionis hordei præsentis subtepidæ sex circiter partibus unam partem aceti admiscui, sicque injectione tepido-frigidâ primo factâ ex utero profluxit sanguis conglobatus. Quinquies sexiesve injectiones magis atque magis frigidas acetoque sensìm magis ac magis saturatas successivè iteravi. Hoc modo institutis injectionibus res ita successit, ut primo ab omnibus peregrinis contentis laveretur uterus, secundum hunc *Hippocratis* dictum, « quin etiam uteros, quò sanguinem educas, eluito ». Uterus indè, et irritatione graduatâ stimulatus sese ita restituit, ut profluvium ab horâ decimâ vespertinâ durans penitùs horâ quartâ quintâve matutinâ cessaverit, lochia pristinam rubro-flavescentem vel rubro-albescentem colorem paulò post recuperaverint, et mulier anteà desperata uno ab hinc præterlapso mense ad scenam redierit. Nec inutilem mihi paucis ante diebus ex Parisiorum Medicinæ Scholâ reduci apud Spinalenses fidem in posterum fecit successus.

Illa mulier nullis ulterioribus nisi diæteticis à me præscriptis usa est remediis, valetudinem optimam, nuncque vigentem, obtinuit, et partus maturos exhinc feliciter enixa est. Res potuisset aliter evenire, si injectiones non sensìm frigidiores et ex aceto fortiores nimiam primò irritationem in utero à coagulis non liberato cievissent, siquidem omne nimium et derepentè factum est naturæ inimicum.

Observatio secunda. Alia (*Moine* à marito nominata) quatuor menses prægnans ex pago *Ubexy* quinque leucis distante Spinalium venit, nuptialis pactionis pro filio faciendæ causâ. Lautiore victu primis diebus usa abortum fecit. Mærore et animi ægritudine, propter nuptias contra expectationem ruptas, paucis post diebus abhinc correpta, vinum bullientis aquæ dimidio admixtum et ex sacchoro dulce (gallicè *rôtie*), quo sibi solatium quasi afferret, hausit. Quasi ignem hausisset incaluit improvida. Haud cunctanter et violenter foràs irrupuit metrorrhagia secundas simul in utero us-

quedùm moratas propellens. Accersitus à filio cursu citatiore anhelante, et de morbo præmonitus metranchytem in perulam dejeci, et nuntium confestìm secutus sum. Imbecillem et animo deficientem intereà lecto reposuerant adstantes, sanguine quasi inundatam. Tantâ vi irrumpebat sanguis cum advenerim, ut ejus irruptionis strepitum vel stridorem aures deprehenderent. Mora remedii vel minima illam morti commisisset. Quapropter adagii hippocratici. « Ad extremos morbos, extrema remedia exquisitè optima » memor, injectiones ex aceto cum aquâ tepido-frigidâ gradatìm aceto et frigore graviores sexies vel septies iteratìm institui, quibus periculum tandem propulsatum est, adjuvantibus epithematibus ex poscâ frigidâ. Conglobatus sanguis ìn hoc casu paucus vel nullus inerat, sed tantus in paucis minutis effluxit, ut per omnia lecti strata subter destillaretur. Mulieri quasi redivivæ diætam antiphlogisticam nec nimis tenuem præscripsi. Cùm interìm lochia æquo copiosiora pro ejus viribus fluxerint, decoctum acidum ex cinchonæ corticis libr. j in aquæ unc. j ad colaturæ unc. x cum admixtis saccharo et acidi sulphurici ad aciditatem tolerabilem, compositum, ad unciam unam duasve quater de die hauriebat; quo sana sed adhùc aliquantùm debilis domum quintâ abhinc hebdomade rediit, benèque se in posterum habuit et nunc habet.

Pluries aliàs accersitus mihi suffecit uterum ex contentis, dùm fas erat, liberare, nec unquàm una propter hæmorrhagiam aut hæmorrhagiæ sequelas, me medente, periit. Dùm os uteri injectionibus non patebat semper cum successu optato decoctionem corticis prædictam, cujus unciis decem tres circiter drachmas acidi sulphurici tenuioris admisceri jubebam, adhibui. Illâ decoctione semper frigidâ sumendâ metrorrhagiam virginis gravissimam constiti, quin aliud quidquam præter quietem, epithemata frigida ex poscâ hypogastro dolenti imposita, et diætam refrigerantem adjunxerim. Illa virago, operam oleario nomine *Ory* dans, saccum seminum napi plenum præcipitantiùs levare conata, sanguinem ex utero copiosum illicò misit, retulitque mihi interroganti se quasi quid rumperetur in corpore sentiisse. Cùm jam magna sanguinis copia antè meum adventum effluxerit, phlebotomiam inutilem esse judicans, decoctum prædictum, epithemata sæpiùs refrigeranda, quietem quàm maximam, pro victu cerealia, oleracea, fructus et potus acidulos illi præberi jussi prætereaque nihil. Octavo abhinc die admodùm

debilis nec quid ampliùs sanguinis ex utero mittens, è lecto stetit paululùm deambulatura. Tres decoctiones corticis acidas in toto morbi decursu hausit, ita ut primam in duabus, secundam in quatuor, et tertiam in quinque diebus impenserit. Dolorem in latere et debilitatem, non nisi dùm quiescebat silentes, per annum quasi integrum apud me interdùm quærebatur, quin ipsi aliud præter diætam convenientem et quietem, undè illam temporis beneficio planè sanam evasuram, promittebam, proposuerim; et promissioni eventus prorsùs respondit.

Idem apprimè convenit mulieribus, quæ annos 45 ad 50 natæ, dùm menses diutiùs steterint, menorrhagiâ raró spontè cessante in posterum corripiuntur. Debiles et admodum extenuatas, pergente adhùc hæmorrhagiâ præsenter sanat decoctum antè laudatum, quod ego aliis libenter præpono, tùm propter celebris *Bang* auctoritatem mihi non suspectam, tùm etiam propter effectus ejus numquàm fallaces, quos ipse Hafniæ in nosocomiis et in meâ praxi privatâ observavi. Professoris *Bang* hæc est consueta præscriptio.

R. corticis peruvian. unc. duas; aquæ libr. un. et dimid. coq. ad colatur. libr. un. cui adde. syrup. commun. unc. duas. Istud est suum decoctum simplex, quod decocti acidi vel mixturæ acidæ nomen apud illum sortitur ex additione elixir. vitriol. acid. unc. dimidiæ. Circa usum hæc sunt ejusdem verba de curatione hæmorrhagiæ dicentis : «. . . . . cui scopo quadrant. . . . . medicamenta refrigerantia vel nitrosa, imprimis spiritus vitrioli aquâ dilutus, uti mixtura nostra acida ad unciam circiter omni horâ vel alternis horis porrigenda, quod remedium in omni hæmorrhagiâ convenit et vix non omnia alia virtute superat ». (V. oper. cit. p. 408).

Loco decocti posset infusum corticis fortassè potiùs adhiberi. Illud semel tantùm effectum recusavit apud uxorem annis quadraginta octo natam, menorrhagiâ mense integro protractâ laborantem et itaque omninò imbecillem, debilem et cachecticam. Cùm hujus causam explicare non possem, et fluxus pergeret, suspicione ductus decoctum degustavi, nec ultrà effectûs optati recusationem miratus sum, cum deprehenderim illud vix acidum propter pharmacopolæ inadvertentiam factum esse. Reportatum ad pharmacopolam, ut meo jussu spiritus vitrioli q. s. ei adderetur, effectum præsentissimum, ut aliàs, præstitit; quod notatu dignum existimo, cùm indè judicium remediorum diversum evadat.

Illa sunt quibus usus sum ad varias uteri hæmorrhagias consistendum, nempè quies, epithemata frigida, diæta conveniens, injectiones, mixtura acida et partùs aliorumve uteri contentorum, dum istud convenienter fieri potuit, eductio. De quiete, epithematibus frigidis et diætâ in omni sanguifluxu adhibendis consentiunt omnes unanimiter. Injectiones, jàm diù, nempè ab Hippocratis tempore, usitatas, omnes etiam collaudant chirurgi, qui illas acrioribus et temeris compositionibus aut usu insanè instituto non stuprarunt. Nec quidem effectum in eo casu stypticum illarum ope semper obtentum negant, sed periculosum quidam clamitant, nisi alia tanquàm corrigentia adhibeantur remedia, quæ reapsè nihil nisi medici temeri errores corrigunt, cùm ex benè institutis injectionibus nil mali unquàm ultrà accidat. Ex anteà non inconsultò citatis è libris *Hippocratis* jam satis superque constat, illum quasi vitæ aut sanitatis secundæ loco à Numine condonatæ artis Principem medicamenta ùtero applicata magni fecisse. Circa injectiones hæc sunt alia ejusdem præcepta : « At si quæ genituram continet non concipiat, quod plurimis contingit stomacho præter naturam dehiscente, menses copiosiores et humidiores quam conveniat, defluunt, ac proindè quod à muliere prodit, ad liberorum procreationem non conferat, sed advenientem viri genituram corrumpat. Hæc autem tùm corpore, tùm utero malè affecto eveniunt. Verùm huic deorsùm medicamenta purgantia per intervalla exhibere, et *totum corpus uterosque aceto et aquâ marinâ fovere oportet, specillis ignitis immissis* ». (Hip. *De his quæ uterum non gerunt Sec. V*, p. 254). Hujus Scholæ Professor praxi sanâ et felicissimâ commendandus *Percy*, *Hippocratis* tramitem tenens, ope injectionum ex aquâ marinâ cum aceto admixto, quales loco citato memorantur, molam hydatidesve in utero gerentibus apprimè etiam opitulatus est, suasque observationes Doctori *Mougeot* in thesi juris publici facere permisit. Virorum auctoritate motus, injectiones ex aquâ marinâ cum aceto in quibusdam casibus, nempè in eis quos memorant, omni alii præponendas arbitror, siquidem nihil contra suppeditant analogia et experientia. Possunt et injectiones ex cortice cinchonæ, aurantiorum, absinthii aliorumve pro casuum necessitate tentari.

Ex dictis abundè liquet itaque injectiones uterinas præsertìm in uteri inertiâ, in anapetiâ, diapedesi et congestione semper convenire. Illas

in aliis menorrhagiæ causis omnibus, dùm periculum vitæ instat, sed non incautè nec temerè, etiam adhiberi fas est.

Decoctum vel infusum corticis acidum conducit præcipuè in sanguinis tenuitate, putrescentiâ (nisi alia sit contraindicatio), partium debilitate et laxitate, imò et in diæresi, rupturâ, diabrosique, ut circulatio fiat lentior vel acrimonia temperetur.

In quonam casu uterus sit à contentis liberandus ex dictis et citatis jàm compertum est, dùm nempè contractio uteri necessariò obtinenda aliundè satiùs repeti nequit. Nollem ex dictis meis inferri prægnantes, dùm metrorrhagiâ corripiuntur, statim vel inconsideratè ad puerperium sive ope obturamenti, sive injectionibus promovendas esse. Plurimæ enim hæmorrhagiâ gravi doloribusque non modicis ad puerperium pronæ partum nihilominùs retinere et maturum gerere potuerunt. Diæta convenienter instituta; phlebotomia in plethoricis; ventrem facilè ducentia, ut enemata ex aceto cum emollientibus et laxantibus, si ad avertendam congestionem necesse sit, composita; tartris potassæ acidulum, manna, flores sulphuris cum corticis peruviani pulvere et nitro, hujusque indolis plurima eccoprotica blanda, impetum non facientia; injectiones insuper vi modicâ vel quasi nullâ ad os uteri impulsæ; epithemata frigida; cucurbitæ ad mammas quibus mulieri menstrua cohibentur, testante, Hipp., Aph. 50, Sect. V; pedum prudens refrigeratio, quâ etiam, testante experientiâ frequentissimâ, menstrua sibi impediunt improvidæ mulieres; hæc potissimùm metrorrhagiæ prægnantium et virginum feliciter opponi queunt. Accedunt his etiam decoctum acidum, et Anglorum præcipuum in hoc casu remedium, nempè pillulæ stypticæ Helvetii nostri quas etsi nundùm expertus sim, in casu difficili, virorum auctoritate ductus, nec contemnerem. Professor *Bang*, dùm de suis factis narrat fidei dignissimus, hæc, p. 424, Praxeos suæ medicæ, memorat : « Pulchram octodecim annos nundùm habentem, hoc fluxu valdè molestatam, aliàs sanam aliis frustrà adhibitis per mixturam ex essentiæ corticis peruviani, aurantiorum ana unciâ, spiritûs vitrioli drachmis duabus compositam et ad guttas sexaginta ter die sumptam perfectè restitui ».

Plura adjicere justos per thesis terminos non licet et

Claudere jam rivos æquum est, sat prata biberunt.

FINIS.

Postulatæ citra Thesim Hippocratis coacæ Prænotiones de Morb. mulier. lib. iij.

16. Quæ sunt in gravidis salsilaginosa, difficultatem à partu fore ostendunt ex albis mordacibus. Ac tales purgationes indurant, locosque corrugant. Hinc pessimè ipsas habet singultus, atque interimit.

17. Lumborum tensio atque pedum, ex muliebrium abundantia; in supurationem abit. Tum quæ ab alvo variè pigro lapsu exeunt ægrè, viscida, fœdi odoris, strangulatoria, præter illa jam dicta; suppurationem inducunt. Tales autem arbitror non nihil delirâre.

18. Hystericæ duritates in alvo admodum dolorificæ; crudeliter atque citò perniciosæ.

19. Mulieribus notæ graviditatis, fluxiones aphthiferæ, dolorificæ; pravæ. Has pessimè habet hæmorrhois.

20. Quibus in alvo prætumida, rubor naturalia occuparit eò productus, cum muliebria alba liquida indè processerint repentè; in longis febribus vitam finiunt.

21. Convulsionis finem adferunt muliebria quæ primùm aut statim apparent : atque id sine febre.

22. Urinæ tenues subnebulosæ, quarum in medio est enæorema; rigorem denunciant.

23. Si cui quartana est hæmorrhagia, diuturnitatem ostendit : ac tum prorumpit alvus, et crura intumescunt.

24. Quæ cum sopore et gravitate incidunt cephalalgiæ gravidis, pessimè ipsas habent. His autem fortasse profuerit, quippiam convulsionis adesse.

25. Quas dolorificum malum, in choleræ modum ante partum exercuit; pariunt quidem : sed ipsas pessimè habent febres; idque cùm aliàs; tum siquid fames proritet, aut si quod aliud pravum in febre signum appareat.

26. Gravidas malè habent quæ ante partus aquæ prorumpunt.

27. Gravidis in fauces fluxio salsilaginosa; pestifera.

28. Crebrò ante partum rigere, et indolenter partu levari; periculum subesse testantur.

29. Gravidas periculosè habent fluxiones aphthiferæ : tum item convulsæ, vel exolutæ; postquam perfrixerint, acriter incalescunt.

30. Quinetiam gravidis eveniunt graves circa tenue ipsum tumores, cujusmodi accidunt circa scrotum. Atque illi multùm difficili spiritu occupati. An tales tumores edunt gemellos? An verò quid inferunt convulsionis?